



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi  
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

86 Moniales pro quibus redditibus sint exemptae à decimis Papalibus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

Papalibus, prædialibus, personalibus, quartis, medietatibus aliisque fructibus subsidijs etiam charitativis, & alijs ordinariis oneribus, etiam pro expeditione contra infideles, defensione patriæ, & alias quomodolibet, etiam ad Imperatorum, Regum, & Ducum vè instantiam, pro tempore impositis sunt exempta, ut in eisdem privilegijs Pij IV. & litteris Gregorij XIII. vers. ac pro potiori, &c. quibus eximuntur etiam à decimis Papalibus ad quorumvis instantiam 87m impositis cum clausulis amplissimis, ac derogatorum derogatoris, decreto irritanti, & clausula sublata, desuper additis, quæ removet facultatem aliter judicandi, vel interpretandi. cap. si eo tempore de elect. in 6. Cassad super reg. cancell. decis. 12. num. 5. sum alijs supra. par. 1. cap. 14. numer. 1-7. allegatis,

35 Eadem exemptione f. à decimis Papalibus gaudent etiam sorores quorumcunque monasteriorum, domorum, & regularium locorum monachum, & lororum quorumvis Cisterciensium, Præmonstraten. S. Claræ, nec non S. Benedicti, & S. Augustini, ac terrij Ordinis S. Francisci, & aliorum quorumvis Ordinum, etiam

sub cura, & regimine, ac secundum regula instituta Fratrum Minorum, de observantia nuncupatorum, & Eremitarum ejusdem S. Augustini, degentium in Lombardia, & quibuscumque alijs Italiz partibus confidentium, f. non habentium redditus ultra summam quatuordecim ducatorum auri de camera, pro victu cuiuslibet monialis, seu sororis, alios redditus non habentis, ut in litteris Pij IV. de quibus Bull. fol. 659. cap. 10. & est ratio f. quia portio assignata monialibus, prout dicti portiuncula, ut miserrime vivant, non potest aliquam decimam pati. Gemin. cons. 87m num. 2.6. quem sequitur Rebuff. consil. 124. col. 2. vers. item Bonifacius Octavus, & regulariter omnes fructus, qui spectant ad locum, vel personas, quæ non cadunt in nomen beneficij, sunt liberi à solutione decimæ Papalis, quia in usus quotidianos personarum miserabilium expendi debent, ut inquit gloss. in extravag. lo. 22 unica in verb. solvere, circa fin. de elect. & non solum dictæ moniales sunt exemptæ à decimis, sed à quibuscumque oneribus in perpetuum, ut in eisdem litteris Pij IV. motu proprio concessis.

## DE PRIMITIIS, ET OBLATIONIBVS.

### Cap. XIII.

S V M M A R I V . M .

- 1 Primitia sicut decimæ debentur, sed quantitas non est determinata.
- 2 Primitia animalium sunt unū de ducentis.
- 3 Primitia dicuntur primi fructus, quos sibi Deus reservavit.

- 4 Primitia ter in anno Domino offerantur.
- 5 Primitiae, quare fuerint introducta.
- 6 Primitiae debentur de jure divino.
- 7 Primitiae, ex qua causa olim offerabantur. Primiti